



MONUMENTUM
HONORIS
 quod
DN.
DN. JOH. CHRISTIANO
LESCHKIO,
 S S. Theol. Studioſo
 Anno M. DC. XCV,
 d. XXXI. Jan.
 quo ipſo in celeberrima
LIPSIENSIUM ACADEMIA
LAUREA MAGISTERIALI
 condecorabatur,
 erigebant
AMICI COMMENSALES.

L I P S I Æ ,
 Typis JOHANNIS WILHELMI KRÜGERI



J. J.



Ic sua nunc repetit lætus vestigia
Phœbus,
Qvi procul in cœlo conspicien-
endus erat.
Ast TUA qvos alios spondet so-
lertia cursus,
In lucem claram quæ simulata venit,
Scilicet ingenii radios ut spargere possis,
Exoptas inter sydera docta locum.

fic Amicissimo

f.
SAMUEL SCHREIBER.

Nunc ubi felicem pervincunt gaudia Dres-
dam,
Laurus digna TIBI fundere vota jubet.
Illa quidem nostram recreant certamina mentem,
Qvisque sui studii præmia digna capit.
Sic quoque lætantur, quibus innotuere Labores,
Qvos TIBI conspicuos efficit amplus honor.

In tesseram intimioris amicitiae
f.

MICHAEL Schym.

Qvisquis amat dignè castas Heliconis Alumnas,
Percipit & studio digna brabea suo.

Est

Est equidem sudor socius præmagnus iisdem;
 Transis ast subito, præmia perpetuant.
 Hoc TE non latuit, mi LESCHKI: quidque secutum?
 Nil nisi castus amor flammaque digna TIBI.
 Fonticolas avidò coluisti pectore Nymphas,
 Haud aliud sectans, hæ placuere TIBI.
 Nec pariter timuit duros mens prompta labores,
 Trivisti hinc doctos nocte dieque libros.
 Gloria nunc sequitur: confert TIBI Lipsia laurum,
 Laurum perpetuis promeritam studiis.
 Hinc igitur promit TIBI junctus gaudia quisque,
 Ac ego lætitiæ confero signa meæ.
 Jam Sophies frueris prædignus, FAUTOR, honore,
 Ulteriora, precor, conferat Eusebiè.

paucula hæc Amico conjunctissimo appo-
 nere debuit

Gottlieb Israel Musculus,
 S.S. Theol. stud.

PRæmia quàm maneat gnavos maneatque merentes
 Ampla, *Tuò* exemplò *Fautor* id ipse doces.
 Cuique solet dum pugnanti constare triumpho
 Gloria tam nixu, tamque labore gravi:
 Te studii totum egregii dulcedine captum
 Non piguit nitidis invigilare libris.
 Cuncta jacetque inscitia jam superata, laborque
 Non levis ex haustus, totque molesta simul.
 Inde paratus honor cum sit, laudesque paratæ
 Sint tenues nostræ, & candida vota simul.
 Sit splendor, *Tua* quem virtus: *Mervi!* ipsa fatetur,
 Hic verè felix, permaneatque precor.

Apponere hæc Fautori suo æstumatiffi-
 mo Honores Magisteriales merenti
 debuit

Christian Augustus Junghans,
 L. L. Stud.

Sic

Sic titulum (laudis decus' immortale!) Magistri
Post in ex haustos gaudes retulisse labores.
Ingeniô quis par TIBI cultô? quisve colebat
Aonidas magis aut Phœbi Sacra clara parentis?
Promeritis ergo Tua nunc ittempora circum
Interplexâ nitens Eois laurea gemmis;
Atqve tenes clari titulum nomenqve Magistri.
Nunc res aggredere, & nomen virtutibus auge.

Johannes Frieder. Guntheus,
L L Stud.

Imminet optatò tempus, Clarissime Leschki,
Quod mihi cum reliquis gaudia magna parit.
Laurea pulchra datur TIBI post incommoda multa,
Laurea, quam curæ commeruere Tuæ.
En! studii fructus, palma tituloqve Magistri
Ornaris merito, præmia digna capis.
Accipias, quæso, festam claramqve coronam,
Quæ TIBI Lactanti forte dicata fuit.
Sub finem studiis ego toto cordis abyssò
Gratulor, ut patriæ semper adesse queas.

Hisce paucis Clarissimo Dn. Magistro, Amico
suo devenerando debitum amorem contem-
plari voluit

Christianus Fridericus Crucianus,
Luccâ - Lusatus, J. U. Stud.





MONUMENTUM

HONOR

DN. JOH. CH.

LESCH

S. S. Theol.

Anno M. D.

d. XXXI

quo ipso in

LIPSIENSIIUM

LAUREA MA

condecor

erigeb

AMICI COM

LIPSI

Typis JOHANNIS, WI

